

AUDITORIBUS SUIS

S.

H. BOERHAAVE



go, postquam animum
Medicinae ex Auctori-
tate Procerum Aca-

demicorum docendae applicui, id
inprimis credidi mei esse muneris,
candide ut Vobis exponerem
simpliciterque illa, quae, veris ex-
perimentorum successuumque e-
ventis, firma in arte cognoscuntur.

Sane, eo quidem proposito,
perscrutabar relictā nobis hodie

*

2

ex

PRAEFATIO.

ex iis, quæ sapienti industria explorata sibi fatisque spectata tradidere Veteres. Illa vero, ubi composui rebus, quas Medicinam faciendo deprehendebam, inveni observatæ sollicitè naturæ vestigia ubique pressa: neque adeo certius quid sperari posse, neque aliunde colligi meliora.

Ferebat interim animus & illa utcunque perlustrare, quae dominante per Europam barbarie, Arabes, Priscorum nacti monumenta, Eorum inventis addiderunt

PRAEFATIO.

runt, quæque in Latinum versa
sermonem nostræ intelligentiæ
patebant. Sed dolui, Gentem
solertissimam, licet subnixa esset
tam utilibus adminiculis ejus sub-
tilitas, parum boni, mali pluri-
mum, Medicæ attulisse disciplinæ!

Neque perfunctorie deinde ex-
cussi Recentiorum placita, pul-
cherrima profecto commendata
specie, sive Physices excultæ
fructus, sive spectaveris artium
liberalium Medicinæ promoven-
dæ adhibitarum effectus, Gau-
debat

PRAEFATIO.

debat utique his intentus animus! interea tamen licentia fingendi, assumendi audacia, festina nimis, & ambitiosa ad consummandam Medicinam prope-
ratione, Primorum vero Aucto-
rum contemptu, neglectu, vel
ignoratione, ipsa quidem scien-
tia Medica damni plus, quam e-
molumenti, omni hoc molimi-
ne accepisse videbatur: materiem
certe, unde instrui feliciter queat
illa, liberalissime aggestam a no-
stris ut gratamur arti, ita deplo-
ramus

PRAEFATIO.

ramus ejus fata, quod tumultuaria opum collectione obruta verius, quam adjuta, fiet,

Instituto itaque hoc rerum examine, quid, quaeso, rationi consentaneum magis, quam ut conficeretur in adversaria, quaecunque in omnibus hisce adeo sana, ut peritus nemo de fide horum ambigat? hac itaque perfuncto opera prius dein conandum fuit, ut ex sparsis his conficeretur corpusculum quoddam, ad leges disciplinae concinnatum:

PRAEFATIO.

in quod ut ipse intueri possem sc-
dulo, quoties in artis exercita-
tione versarer, simulque eo re-
ferre, si quid novi forte aut in-
soliti appareret; postremo ut hac
agendi ratione veri quid & dige-
sti animo impressum meo vestros
in usus fideliter effundere liceret.

His demum causis natum vidi-
stis *Libellum*, quo ausus fui scri-
pta aggravare Medica, de cognos-
cendis & curandis Morbis. Cu-
jus profecto toties me puduit,
quoties defectus ejus mihi nimis
no-

PRAEFATIO.

notos ipsi putare aggredior, Veterumve componere operibus. Hoc scilicet me metiens pede impar deprehendor, qui legitime Auctoris boni titulum ambire sustineam. Neque tamen abesse poteram ab audacia evulgandi hosce *Aphorismos*, nisi deesse voluissem muneri, quod mihi dederat publica Auctoritas, cui obsequia debeo.

Opus igitur aggressus quum cogitarem semper, sola ut esset cura, mederi, atque cavere quam

* 5

reli-

PRAEFATIO.

religiosissime, ne quid irreperet, quod periculoso semper hac in arte errori causam praeberet, necessarium duxi in toto opusculo nullum commemorare Medicamentum.

Nec injuria: namque id inprimis arbitrabar nocere, dum, audito remedii nomine & morbi, exercendae se pares arti jactant Empirici, impune in hominum perniciem grassantes, donec sero solo tandem cadaverum experimento sapiunt.

Quum

PRAEFATIO.

Quum interim Discipulis deberem exempla, praescripseram ideo in privatos Horum usus pauca *de Materia Medica*, huiusque ordinandae legibus, tantum ut servirent lis, Qui intento me animo audiverant differentem in scholis domesticis de occasione, qua sola utilia evaderent.

Estis vero idonei Vos testes, quanta circumspectione utar, quam saepe taediose fere ad fastidium usque minutiarum consideratione odiosus sim, priusquam

PRAEFATIO.

quam Vobis titulo *Medicamenti*
vel minimum quid laudare au-
sim: pulchre gnarus, nihil dari,
quod ubique bonum; contra
vero id, quod hac rerum facie
salutare fuerat, mutata conditione
perniciosum saepe deprehendi.

Nefas itaque putavi *Medica-*
minum nomine haec ipsa evulga-
re, sed cum admonitione severa
modo describenda dare His, Qui,
operam mihi sedulo dederant
pro tenuitate mea idoneas cau-
telas inculcare conanti, Sed,
quod

PRAEFATIO.

quod doleo, longe aliter evenit: me quippe nec consulto, nec volente, in usus publicos extundenda curavit haec Londini Vir eruditus, alte nimis de vili hoc opusculo, ejusque Auctore, sentiens & scribens; neque tamen ita res gesta, quin errores simul bene multi, & noxii, in edendo contigerint.

Coactus ita recensui, correxi, amplificavi, nonnulla: unde describendi labore levati iis utamini. Audacter iterum & moneo

PRAEFATIO.

neo fideliter, morbi historiam fideliter edocti, scrutati *Materiae Medicae* noxios aeque ac effectus salubres, ita demum auxilii utilis bonitatem affectetis assequi: caeteris nocebit magis quam proderit, quidquid hoc opellae est. Cui, ut emaculatus prodiret, curam impendit, Vestrosque in usus indicem, adscripsit Eruditissimus Vir, SAMUEL DURY, Medicinae Doctor, atque Excultor, laudatissimus. Valete! scripsi Lugd. Bat. 17th. 19.